

quos dicitur hic dicitur in ysaia.
tu dicitur q̄ repulisti nos: et nō egre-
ssus in uirtutib⁹ nostris. **C**a nobis
re tribulatiōe: quia uana salus ho-
m̄. **I**n dno faciemus uirtutē: et ipse ad
iudicet tribulantes nos. **Ps̄. lxx.**

id dicitur deprecationē meā: intende
uocem meam. **F**amilia terre ad te cla-

ma auferat cor meum in petra est
re. **R**eduxisti me quia fact⁹ es spes
is fortitudinis a facie inimici. **F**u

in iudicio tuo in terra: p̄-

clamatio clamor uarum **T**uo-

*et cord
de ecclesia Iero*



P. e. 87

T. VII, 894

III No 9 V 16

au 45
Phyfica
DE DIVISIO-
NE CONTINUUI
DISPUTATIO,

Quam
in celebri ROSARUM Academia
SUB PRÆSIDIO
Humanissimi ac doctiss. viri
DN. M. EILHARDI LUBINI,
POESES Professoris publici:

publicè aspirante ac favente divini Numinis gratiâ
defendere conabitur

GODTFRIDUS FLORINUS WESTPHA-
lorum Padelbornensium Steinhemius.

In Auditorio magno die 8. Maji,
horis matutinis consuetis.

Non rationes autoritate, sed autoritatem
rationibus ponderare debemus
atque æstimare.



ROSTOCHII
Prælo REUSNERIANO. c1o c1 C.

111

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
SACSEN-ANHALT
MAGDEBURG

UNIVERSITÄTS- UND
LANDESBIBLIOTHEK
SACSEN-ANHALT
MAGDEBURG

UNIVERSITÄTS- UND
LANDESBIBLIOTHEK
SACSEN-ANHALT
MAGDEBURG

UNIVERSITÄTS- UND
LANDESBIBLIOTHEK
SACSEN-ANHALT
MAGDEBURG

UNIVERSITÄTS- UND
LANDESBIBLIOTHEK
SACSEN-ANHALT
MAGDEBURG





THESIS I.

Disputatio de Divisione continui nobilis & præclara est.

II.

Quæ à plerisque minus rectè explicata multas absurdas & monstrosas opiniones genuit.

III.

Illam nos Deo & ratione duce paucis thesibus comprehensam proponemus.

IV.

Demonstraturi illam divisionem in infinitum non extendi; sed tandem in partes indivisibiles definiri.

V.

Principiò quicquid continuum est, vel creatum est, vel fuit ab æterno. Si hoc; plura æterna & infinita uno sunt. Quod absurdum. Si illud; ex nihilo creatum est: in quod dividendo resolvitur.

VI.

Deinde si continuum in infinitum subdividitur, habet partes infinitas: quæ etsi minutissimæ sunt; habent tamen & suam quantitatem, & suam ad totius constitutionem rationem & pro-

A 2

portio-

portionem : unde necessario infinita moles resultaret.

VII.

Omne corpus numeris proportionem respondet. Jam vero neque addendo, neque demendo numerus infinitus est. Ergo nec corpus.

VIII.

Quemadmodum aliquid in natura rerum maximum est; ita etiam aliquid requiritur esse minimum.

IX.

Vt se habet unitas ad numerum; ita se habet instans ad tempus, & punctum ad lineam, sive continuum. Et velut ex unitatibus fit numerus; ita ex punctis continuum.

X.

Nulla magnitudo posset transiri per motum localem. Nam antequam transeat totum, debet transiri dimidium; & ante illud dimidium dimidij dimidium; & sic in infinitum. Infinitum vero transiri nequit.

XI.

Si omnia corpora in infinitum subdivisibilia sunt; dimidium toti, imò pulvisculus toti mundo æquabitur. Aliàs in illius divisione citius ad finem pervenies, quàm hujus. Et ita divisio finietur.

Inter-

XII.

Intervalla & pausæ inter duas voces eodem modo, si per dimidium auferantur, nunquam in unam, vocem coalescent.

XIII.

Sic intervalli temporis perpetuâ subtractione nunquam *in vno* indivisibile exsurget.

XIV.

Corpori corpus imponatur dimidium primi; huic dimidio secundo tertium, quod sit dimidium secundi; huic tertio quartum, quod sit dimidium tertij: & illâ proportionem continuo procedendo in acumen & cuspidem pervenimus; ultra quam nihil restat.

XV.

In quadratâ figurâ evidentiùs id apparet. Divide illam in duas partes: alterutram harum rursus in duas: & ita continuo procedendo ad linearum extremum in angulo concursum pervenies, ultra quem nihil reliquum est.

XVI.

Evidentiùs illud adhuc circulare corpus ostendit. Inscribe circulo circulum, qui dimidium prioris spatii includat: illi secundo tertium, qui dimidium secundi comprehendat; & sic continuo procedendo ad individuum centrum per-

A 3

venies;

venies; in quo circulos describere ulterius non datur.

XVII.

Denique, quod dictu & cogitatu absurdissimum, si continuum in infinitum subdivisibile; omnia in omnibus proportione continebuntur, vel contineri considerari possunt: ita ut in grano omnia illa considerari possint, quæ in vastissimo rerum theatro ex cælo & terrâ constanti continentur.

XVIII.

Plurima alia pro hâc meâ sententiâ confirmandâ adducere poteram. Verum hæc sufficiant.

XIX.

Quibus etjam accedit ter maxima sacrarum literarum veritas & auctoritas; omnia ex nihilo creata esse affirmantium.

XX.

Qui contra sentiunt, magni nominis & auctoritatis Philosophi, ut falsam & impiam opinionem foveant; ita eam parum firmis, sed futilibus rationibus confirmant.

XXI.

Et principio Ethnici æternitatem mundi stantes, creationem mundi non admiserunt; ut nec ejusdem interitum futurum: cum rationi naturali

naturali repugnare videatur aliquid ex nihilo, &
ex aliquo nihil posse fieri.

XXII.

Deinde Phantasiâ falsi sunt, quâ solâ hæc di-
visio nititur; quæ illâ divisione semper sibi tan-
tum restare fingit, quod adhuc sub imaginatio-
nem possit cadere.

XXIII.

Viderunt ab aliquo ad nihil infinitum esse spa-
tium; ignorantes hujus spatij impletionem non
in re creatâ finitâ, sed in creatore infinito quæ-
rendam esse.

XXIV.

Deniq; validè illâ ratione falluntur cui super-
struunt reliqua argumenta tanquam basi; & non
solum petunt principium, sed etiam contradic-
tionem implicant, dicentes: Si ex indivisibilibus
continuum componitur, necesse est ut inter se
sint continua vel contigua. Hic contraria conjun-
guntur. Eo enim nomine indivisibilia sunt, quòd
talem physicam compositionem, quæ in corpo-
ribus quantis & divisibilibus est, non admittunt.

XXV.

Quomodo verò indivisibilia sibi immediata
& cohærentia sint (quod unicum magnum illum
Philoso-

Philosophum perturbavit) soli Deo notum. No-
bis τὸ ὅτι scire satis est.

XXVI.

Beneficio tamen unitatum & numerorum
παχυλῶς καὶ τύπῳ figurari potest.

XXVII.

Vt nimirum simplex numerus lineæ respon-
deat; numerus in se semel multiplicatus superfi-
ciem; & deniq; bis in se multiplicatus corpus re-
præsentet; & numerorum unitates puncta.


XXVIII.

Reliqua τῆ δὲ διότι Hyperphysica & Hyperme-
taphysica, quæ homines scire non possumus, non
debemus; Deo creatori soli nota. Cui æternum
laus & honor. Amen.

F I N I S.



καὶ ὑμνήσατε ἐξελθόντες.



mp 29 matt tag fol 20 januar 10. 6. 33
inc 18. 15

AB42

15
18, 10

ULB Halle 3
002 729 741


S. 6.

W.A.


Rehe. ✓



per dies regis ad quos annos tuis
in generationis et generationis.
inter in eternum in conspectu dei.
vidiam et veritatem eius quis re-
verit. **S**icut psalmum dicam nomini tuo
seculi. ut recordam vota mea de die

AB
475
7h.70





B.I.G.

Farbkarte #13

ica
VISIO-
TINUI
ATIO,

UM *Academia*
SIDIO
doctiss. viri
RDI LUBINI,
fforis publici:

divini Numinis gratia
manabitur
INUS WESTPHA-
um Steinhemius.
o die 8. Maji,
s consuetis.

e, sed autoritatem
rare debemus
mare.

CHII
NO. clc cl C.

